

si Papa particulariter non exprimit in concessione, nullo modo debet intelligi, vel deduci ex cōcessione generali, vt est cōcessio Pauli. 4. & Pij. 5. nunquam enim Papa in generali concessione visus est alicui præiudicare. Et non est dubium, quod in Ecclesijs Fratrum supra dictis possit fieri Baptismus, alias concessio Pauli. 4. & Pij. 5. suum effectum non consequeretur. Et sic de novo concessit Pius. 5. vt in omnibus Monasterijs ordinis, vel extra illa in locis ipsarum partium ipsis deputatis, possint Religiosi Baptizare. Quo priuilegio vntuntur onines Provincie Indiarum, vt scilicet in Monasterijs Ordinum, vel extra in locis ipsarum partium, ipsis deputatis, possint Baptizare. De Indis aliorum populorum puta, Clericorum, vel alterius Ordinis idem dico, quod scilicet, possunt Baptizari per Fratres in locis supra dictis: quia sic fuit factum a principio in his Provincijs. Postea anno supra dicto millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pius. 5. concessit Fratribus Mendicantibus Indiarum, vt in locis ubi supra, possint de licentia suorum Prælatorum in Capitulo Provinciali obtenta, administrare